



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Lector Benevole.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

LECTOR BENEVOLE.

**B**E NEDICTUM REDIVIVUM damus non qualem volsimus, sed qualem potimus, magnis conatibus summaque industria adornatum; sed iniuria temporum, omni commercio non profano solum, sed & sacro & litterario prorsum intercepto, ipsis quoque studijs & ad hanc summi necessaria quiete & solitudine turbatisimis, sed & animis universali Europa in crucifixissima conciliacione in odia & suspicione distractis, ipsorum etiam Religiosissimorum hominum, est diversissimarum nationum, longa tamen amicitie asuetudine in unum & unanimem rei bene gerende consensum, non sine Devini Spiritus impulso convenientium & collaborantium, quin & symbolas omni dignas immortalitate conferentium & mutuo communicantium, his ferè omnibus iante tempestatis turbine dissipatis, ita ut post ingentia promissa me planè deserenter, omnem correspondendi occasionem in suspicionem & pericula traherent, adeoque omni Amicitie renunciare viderentur. Et magnum sanè opus paraveramus, incredibili hinc inde missione litterarum, summisque precibus sollicitatum, felicissimis initio successibus, donec infelicitissima S T A T U S R A T I O totam in arma Europam excitaret, omnemque cum Amicitia felicitatem exsufflaret. Exsufflavit hec eadem tempestas omnes conatus meos, eoque distractis, ut vix hinc inde quandoque aliquid collegerim, & colligere penè desperaverim, dum ad plerasque litteras nec verbum responsi acciperem ab illis etiam, quos plurimis obsequijs arctè demerueram, & qui ultronei olim fuisse, ad res Operis meo inservituras copiosissime communicandas. Id talibus inhihani quantum doluerit, explicare nunquam satis potero, uii nec deinceps tantum dolorem dedolere, ut proin sepius calamum abiecerim, solo abominabilis otio radio abjectum resumens, & que quasi ex naufragis col. egeam, spolia in ordinem aliquem redigens, & iuxta Christi monitum: Colligit fragmenta ne pereant, paucula hujus libri consarcinans, usus saltet ijs futura quibus meliora tempora obtigerint, quibus talia securius & felicius ad sacræ posteritatis solatium, & exemplum procurentur & evulgentur.

Cerè quanti referat recentioribus erudiri quam antiquioribus, argumento sunt vie duces, quorum etiam hodie, vijs dubijs, caliginoso tempore anxi vestigia premitus, & vel maximè cum tot pericula imminentे ceri sumus, incerti de evadendis, ut merito manu duci exambiamus; Tales (ut Raphaelem Tobie Comitem ac Duce) tales inquam, & quidem nos paucos, hoc ipso Opere producemus, quorum ductu à recta semita vie ac vite aberrare nequeamus. Recentissima vestigia, recentissimi exempla obscurissimi seculi & frigidissimi sunt inter frigus & gelu plus quam Islandica firmissimo & ferventissimo generofissimi pedis Calcatu altè impresa, semitam & Comitem rectum infallibiliter docentia, ut haud modicum inde utilitatis speremus recentissima hac adeoque calentissima etiam tantas inter nives & glaciem vestigia tentantium & aggredientium, ut aggregandos Benedicto REDIVIVO plurimos (nisi omnino, ejurate proprie Voluntatis revocatores, Regularum & sacre discipline juratisimos hostes) quam confidentissime nobis pollicemur. Ita juxta Amplissimo & Sanctissimo Ordini appreciamur, omniamur, & non dubi tanto ante gratulamur.

AUCTORIS PROTESTATIO.

**S**ufficientes venerabundi que Sanctissimus D. N. URBANUS Papa VIII. 13. die Martij anno 1625. in sacra Congregationis Sanctæ Romane & Universalis Inquisitionis Decreto edidit & denugo die 5. Julij anno 1634. confirmavit, de non edendis Sanctorum stue. Beatorum à S. Sede Apostolica non approbatorum gestis, nisi prævia approbatione Ordinary, & protestatione ea, qua scribuntur, non alta fide quam humana tradi, nos decreto ejusmodi obedientissime accommodantes & devote insistentes, si que alia, quam ab eadem approbata Sede. Tam in Menologio nostro, ejusque Auctario, quam alijs Operibus, Annalibus Benedictinis. BENEDICTO REDIVIVO, ceterisque in lucem dedimus, seu daturi sumus, sponte & ultro profitemur, nos alio sensu & mente accipi nolle, quam qua humana duntaxat auctoritate, non autem Divinâ S. R. E. & Sedis Apostolice auctoritate submixa sunt, ijs exceptis, qua ipsa Sedes Apostolica Sanctorum Catalogo, iure merito adscriptis, & Orbis Christiano commendavut.

P. F. GABRIEL BUCELINUS  
BENEDICTINUS.

BENE-